

EPISTULA LEONINA

CXXXIII

HEBDOMADALE
PERIODICUM LATINĒ SCRIPTUM,
QUOD ĒDITUR
E DOMO EDITORIĀ INTERRETIALI
CUI NOMEN EST
LEO LATINUS



<http://www.leolatinus.de/>

N.B.! EPISTULAS LEONINAS ACCIPIS **GRATIS** ET **SINE ULLĀ OBLIGATIONE**. NAM LEO LATINUS PUTAT HOMINIBUS LATINAM LINGUAM DISCENTIBUS AUT DOCENTIBUS CORDI ESSE VERBA LATINA. **SI TAMEN TALES EPISTULAS ACCIPERE NON VIS, RESCRIBE HOC NOBIS: TUM STATIM NOMEN TUUM EX INDICE ACCEPTORUM TOLLEMUS.**

HŌC TEMPORE DUO FERĒ MILIA HOMINUM LATINĒ DOCTORUM ACCIPIUNT EPISTULAS LEONINAS ELECTRONICĒ MISSAS. EPISTULAS LEONINAS **I-CXXXII** INVENIES IN INTERRETI SUB HAC INSCRIPTIONE, QUAE SEQUITUR:

<http://ephemeris.alcuinus.net/leonina/>

MAXIMĒ ID CURAMUS, UT COPIAM VERBORUM LATINORUM CONVENIENTER AUGEAMUS ET TEXTŪS MODERNOS CUIUSVIS ARGUMENTI QUAM OPTIMĒ IN LATINUM SERMONEM CONVERTAMUS.

ROGATUR, UT MANUSCRIPTA MITTANTUR VIĀ ELECTRONICĀ. MENDA SIVE GRAMMATICA SIVE METRICA, QUOAD FIERI POTEST, TACITĒ TOLLUNTUR.

EN HABES EPISTULAM LEONINAM
CENTESIMAM TRICESIMAM TERTIAM (133) !

ARGUMENTA

UTRUM AE ET OE FUERINT DIPHTHONGI AN MONOPHTHONGI Controversia Pulchrimontani et Blänsdorpii

LEO LATINUS OMNIBUS HOMINIBUS LATINITATEM AMANTIBUS
SAL.PLUR.DIC. S.V.B.E.E.V.

Cara Lectrix, Care Lector,

maximê gaudeo, quod mihi licet Tibi offerre Epistulam Leoninam centesimam tricesimam tertiam.

*Hac in Epistulâ agitur de controversiâ phoneticâ: Duo philologi inter se rixantur de pronuntiatu restituto: Utrum ae et oe classicâ aetate fuerunt diphthongi an monophthongi? Absalom **Pulchrimontanus** romanista Francofurtensis testimoniis grammaticorum perquisitis thesin monophthongismi latini affirmans postulat, ut usus sermonis Latini pronuntiandi mutetur. Georgius **Blänsdorpius** classicus philologus Moguntiacensis emeritus Pulchrimontano graviter oblocutus est. Editores autem **Fori Classici** replicationem Pulchrimontani divulgari non patiuntur.*

At Leo Latinus pro certo habet theses Pulchrimontani – sive sunt verae sive falsae – divulgandas esse. Nam oportet permittatur investigatoribus, ut res, quas a se inventas esse novas putant, publici iuris faciant.

*Quae cum ita sint, hanc Epistulam Leoninam 133 tolle et lege et laetare et ... **pancraticê vale et perge mihi favere!***

Medullitus Te salutat
Nicolaus Groß



<http://www.leolatinus.com/>

LEO LATINUS
Senden ex oppidulo Bavariae Suebicae,
die Dominicâ, 14. m. Maii, a.2017



FLUCTUAT NEC MERGITUR

CENSURA NE FIAT: LIBERE LOQUATUR PULCHRIMONTANUS MONOPHTHONGISTA !



**PULCHRIMONTANUS
MONOPHTHONGISTA**
(Prof.Dr. Axel Schönberger)



**BLÄNSDORPIUS
DIPHTHONGISTA**
(Prof.Dr. Jürgen Blänsdorf)

Controversia fit de pronuntiatu Latinitatis aureae! Duo philologi vehementer inter se dissentiunt, utrum litterae ae et oe Latinae aetate classicâ fuerint diphthongi an monophtongi. Uterque vir est valdê doctus deque linguâ Latinâ investigandâ optimê meritus.

Ut verum confiteatur, Leo Latinus ipse subirascitur Absalomi (sive Axelio) Pulchrimontano romanistae Francofurtensi Latinitatis vivae e primis pueris defensori, quod postulat, ut aboleatur pronuntiatu vocalium Latinorum ae et oe diphthongicus, qui disquisitione

Corssenianâ¹ a philologis comprobatâ in usum Latinê loquentium paulatim introductus est. *Maximilianus Mangold* phoneticus excellens permultarum linguarum doctus phonocasetis illis exempla pronuntiandi mandans litteras ae et oe pronuntiavit diphthongos, non monophthongos. O quam fortiter, quam vehementer, quam perseveranter *Pater Caelestis Eichenseer* magister noster Latinê loquendi olim defendit hunc usum pronuntiandi! Eorum discipuli interim e decenniis solent sic pronuntiare. Multum valet consuetudo inveterata senibusque res novae sunt semper molestissimae.

Leo Latinus nondum scit, utri philologorum assentiat, monophthongistae an diphthongistae. Qui adhuc studet argumenta utriusque ad obrussam exigere, nondum audet diiudicare controversiam spinosam. Haud scit, an nova argumenta validiora afferantur a philologis phoneticisve peritis, si quidem certiores facti erunt de argumentis Pulchrimontani.

In scientiis haud minus ac in iurisprudentiâ strictê valeat illud *Audiat et altera pars*. Pulchrimontanus in *Foro Classico* replicare prohibitus est. Hoc non licuit. Libertas sententiae dicendae in Europae rebus publicis – eheu – magis magisque deminuitur, utinam valeat saltem in civitate doctorum! Itaque *Leo Latinus Absalomi Pulchrimontano* in *Epistulâ Leoninâ* occasionem praebet replicandi. Vivat libertas doctorum!

NICOLAUS GROSS
LEO LATINUS

¹ W. Corssen: Über Aussprache, Vokalismus und Betonung der lateinischen Sprache. Von der Königlichen Akademie der Wissenschaften gekrönte Preisschrift, 2. Ausgabe, Leipzig 1868.

De "censura" in actis periodicis quibus nomen "Forum Classicum"

Axelius Pulchrimontanus sodalibus Latinis cunctis universis salutem plurimam dicit!

SVBEV

Ut nonnulli vestrum fortasse iam sciunt et legerunt, anno MMXIV in actis periodicis quibus nomen *Millennium* argumenta proposui, cur «pronuntiatus restitutus» qui dicitur partim falsus esset. Imprimis pronuntiatum diphthongicum /ai/ et /oi/ pro litteris <ae>/<ai> et <oe>/<oi> temporibus antiquis in usu non fuisse demonstravi argumentaque Germanorum inde ex saeculo XIX prolata refutavi grammaticis Latinis nixus («Zur Lautlehre, Prosodie und Phonotaktik des Lateinischen gemäß der Beschreibung Priscians», in: *Millennium* 11/2014, pp. 121-184, <https://www.degruyter.com/view/j/mjb.2014.11.issue-1/mill-2014-0107/mill-2014-0107.xml>).

A collega Andrea Fritsch Berolinensi rogatus et persuasus paucis verbis eandem rem in actis periodicis societatis palaeophilologorum Germanicorum, quae *Forum Classicum* vocantur, exposui («Zur Aussprache, Schreibung und Betonung des Lateinischen», in: *Forum Classicum* 1/2016, pp. 12-18, in: <https://www.altphilologenverband.de/forumclassicum/pdf/FC2016-1.pdf>). Quod primum facere nolebam, quia rem ipsam paucis paginis non satis dilucide explicari posse censebam; sed, ut dixi, Andreas Fritsch mihi persuasit ut tale scriptum breve tamen divulgarem, ut magistri Germani linguae Latinae de hac re certiores fierent.

Georgius Blänsdorf, professor emeritus Moguntiagensis, mihi tunc contradixit Caesaremque more Germanorum tamquam [Kaisar] pronuntiandum esse vehementer contendens (Jürgen Blänsdorf: «Ist der Pronuntiatus restitutus falsch? Eine Entgegnung auf Axel Schönbergers Thesen», in: *Forum Classicum* 3/2016, pp. 160-165, in:

<https://www.altphilologenverband.de/forumclassicum/pdf/FC2016-3.pdf/>).

Cum argumenta Georgii Blänsdorf mihi omnino falsa esse viderentur, treplicavi: «Der Pronuntiatum restitutum ist teilweise falsch: eine Entgegnung auf Jürgen Blänsdorfs Verteidigungsversuch», in: *Forum Classicum* 4/2016, pp. 221-230, in:

<https://www.altphilologenverband.de/forumclassicum/pdf/FC2016-4.pdf/>).

Georgius Blänsdorf, litterarum Latinarum rerumque metricarum doctissimus, sed rerum linguistarum Latinarum, ut opinor, haud valde peritus, tunc aliud scriptum publicavit meque «errores argumentativa fundamentalia» fecisse asseveravit; argumenta mea esse nullius valoris, pronuntiatum restitutum in Germania inventum non esse mutandum, sed adhibendum (Jürgen Blänsdorf: «Entgegnung auf Axel Schönberger: Forum Classicum 4, 2016, 221-230», in: *Forum Classicum* 1/2017, pp. 26-29; textum vobis in versione «pdf» adiungo).

Ut mos est in republica litterarum, argumenta a me proposita contra nova argumenta Blänsdorfii defendere volui et parvum textum Germanicum, quem vobis adiungo, editoribus Fori Classici divulgandum misi. Qui autem contra omnes mores mundi scientifici illam disputationem nunc esse clausam mihi que occasionem replicandi non dari responderunt. Iterum replicare prohibitus sum! Talem **censuram liberae opinionis et disputationis scientificae** usque nunc numquam expertus vehementissime miratus sum. Pronuntiatum diphthongicum litterarum <ae> et <oe> non esse neque fuisse Latinum contendere pergo, sed magistri Germani linguae Latinae, qui fere omnes haec acta periodica de lingua Latina (et non alia) legere solent, nunc frustra replicam meam exspectabunt. Si quis vestrum me hac in re adjuvare voluerit, scribat quaeso ad professorem doctorem Stephanum Kipf Berolinensem, editorem principalem eorum actorum periodicorum: stefan.kipf@staff.hu-berlin.de. Fortasse tunc opinionem suam disputationis finiendae adhuc mutabit.

Haec hactenus in praesenti. Curate, ut valeatis!

Prof. Dr. Axel Schönberger
Im Geeren 125
D-60433 Frankfurt am Main

Entgegnung auf J. Blänsdorf *Forum Classicum* 1, 2017, 26-29

Da Jürgen Blänsdorf (Blä.) sich auch in seiner Entgegnung auf meine Replik weiterhin einer zirkulären und nicht sprachwissenschaftlichen Argumentation bedient, deren Argumentationsfehler nicht jedem Leser sogleich als solche ersichtlich sein dürften, ist es erforderlich, daß ich erneut auf seine Ausführungen aus der Ausgabe 1 (2017) dieser Zeitschrift entgegne.

1. Blä. bleibt bei seiner Behauptung, daß das Lateinische ursprachlich ererbte Diphthonge besessen habe. Dafür bleibt er den Beweis jedoch schuldig. Inschriftliche Schreibungen mit graphischen Diphthongen im Lateinischen und Griechischen erlauben Aussagen über die jeweilige historische Graphie, sind aber kein direkter Beweis der damaligen Aussprache, was die von Blä. angeführten vermeintlichen Autoritäten eben nicht berücksichtigten. Die Schreibung der lateinischen Perfektendungen auf *-î, -istî* bereits seit ältester Zeit legt dagegen nahe, daß der ursprüngliche indogermanische Diphthong in ihrem Ausgang bereits in vorlateinischer Zeit monophthongiert war. Blä. bleibt die Erklärung schuldig, weswegen der fragliche Diphthong etwa in der Nominal- und Pronominaldeklination im Ausgang erhalten geblieben sein soll.

2. Das lateinische Alphabet steht in der Diskurstradition der älteren westgriechischen Alphabete. Daß in beiden Sprachen gleiche oder ähnliche Laute mit <ai> sowie <ae> geschrieben wurden, belegt weder für die eine noch für die andere Sprache eine diphthongische Aussprache, sondern bestenfalls eine Ähnlichkeit oder Gleichheit der jeweiligen Aussprache, die sich freilich auch nach Einführung der jeweiligen Schreibtradition geändert haben kann. Es scheint, als ob Blä.s Argumentation die irrige Annahme zugrunde liege, daß die völlig unhistorische deutsche Schulaussprache des Griechischen, die bekanntlich weit von den historischen Aussprachen der altgriechischen Varietäten entfernt ist, richtig sei und aus ihr

Annahmen bezüglich der damaligen lateinischen Aussprache abgeleitet werden könnten.

3. Daß ein Wechsel der Schreibung im Altlatein ein sicheres Zeichen einer vorangegangenen phonetischen Entwicklung sei, ist aus sprachwissenschaftlicher Sicht zu verneinen, zumal derselbe Wechsel sprachübergreifend auch in Teilen des griechischen Sprachgebietes zu beobachten ist.

4. Indem Blä. durchaus einräumt, daß die Schreibungen $\epsilon\iota$ und ou bereits seit Anbeginn der Verschriftungstradition des Lateinischen für lautliche Monophthonge standen, müßte er an sich zumindest die Möglichkeit erwägen, daß auch andere diphthongische Schreibungen dieser Zeit für Monophthonge gestanden haben könnten, und kann nicht zweifelsfrei annehmen, daß sie damals im Gegensatz zu $\langle ei \rangle$ und $\langle ou \rangle$ für bestimmte diphthongische Schreibungen gestanden hätten.

5. Ich verweise auf folgende Belege, die dem – von Blä. nicht berücksichtigten – Standardwerk von Wolfgang Blümel entnommen sind: $\Theta EBH(ON)$ anstelle der älteren Schreibung $\Theta EB AI(ON)$ aus dem fünften vorchristlichen Jahrhundert, $(T)\epsilon\lambda\epsilon\sigma\tau\eta\omicron\varsigma$ und $\text{\AA}\lambda\upsilon\zeta\eta\omicron\iota$ aus dem 4. Jahrhundert v. Chr.; dieser datiert den *Abschluß* der Monophthongierung von /ay/ im In- und Auslaut für das Bötische auf die Mitte des vierten Jahrhunderts vor Christus¹. Auch für das Bötische stellt sich natürlich die Frage, ob die entsprechenden Inschriften tatsächlich eine sprachreale Monophthongierung früherer Diphthonge oder lediglich einen orthographischen Wandel bezeugen.

6. Woher will Blä. denn wissen, daß $\langle oi \rangle / \langle oe \rangle$ im Lateinischen zu /u/ geworden sei? Es ward in den meisten Fällen im Rahmen eines orthographischen Wandels zu $\langle u \rangle$, das aber in vielen Fällen nicht als /u/, sondern als /y/ realisiert ward. Die Schreibung $\langle u \rangle$ konnte im Lateinischen aber für [u], [u:], [y] und [y:] stehen, weswegen ja auch die Schreibung oft zwischen $\langle i \rangle$ und $\langle u \rangle$ schwankt, um diesen im lateinischen Alphabet fehlenden Laut wiederzugeben.

¹ Wolfgang Blümel: Die aiolischen Dialekte: Phonologie und Morphologie der inschriftlichen Texte aus generativer Sicht, Göttingen: Vandenhoeck & Ruprecht, 1982, S. 67.

7. Die Aussprache von $\omicron/\\omicron$ als /y:/ war keine Besonderheit des Bötischen, auch wenn sie für das Bötische zuerst nachzuweisen ist. Der byzantinische Terminus υ $\psi\iota\lambda\omicron\nu$ stellt bekanntlich das ‘Ypsilon’ dem als [y:] gesprochenen, aber \omicron geschriebenen Laut gegenüber, und auch die antistöchische Anlage lexikographischer Schriften beruht auf dieser Aussprache². Und wie will Blä. denn die syrische Umschrift <ü> für griechisches \omicron erklären?

8. Diskurstraditionen des Sprechens und Schreibens sind von Einzelsprachen unabhängige Kulturtechniken, die nicht an Sprachgemeinschaften, sondern an kulturelle Gruppen gebunden sind; sie können sich zufällig mit einer historischen Sprachgemeinschaft decken, dies ist aber nicht der Regelfall. Mit Sprachkontakt haben sie nichts zu tun. Daß etwa das Türkische heutzutage mit dem lateinischen Alphabet verschriftlicht wird, geht bekanntlich nicht auf einen Sprachkontakt zwischen Römern und Türken zurück. Die Übertragung einer Diskurstradition der Verschriftlichung kann theoretisch bereits durch eine einzige Person erfolgen, welche sowohl die entsprechende Diskurstradition als auch die zu verschriftende Zielsprache kennt. Verschiedene griechische Pflanzstädte Italiens standen außerdem nachweislich in der Tradition der westgriechischen Diskurstradition des Schreibens und in Kontakt zu den Römern, Oskern, Umbrenn und insbesondere auch Etruskern.

9. Blä. formuliert wie folgt: «Die Genauigkeit, die seit dem 7. Jahrhundert bei der Verschriftlichung der lateinischen Sprache angewandt wurde, wird schon aus der Selbstständigkeit deutlich, mit der Rom das aus Cumae entlehnte Alphabet immer genauer der lateinischen Sprache anpasste. So muss es auch mit der Wiedergabe der Vokale gewesen sein [...]».³ Hierzu habe ich ausgeführt, daß diese Behauptung ohne eine genaue Kenntnis der lateinischen Sprache etwa des 7. und 6. vorchristlichen Jahrhunderts nicht nachvollziehbar ist⁴.

² Eduard Schwyzer: Griechische Grammatik auf der Grundlage von Karl Brugmanns Griechischer Grammatik, erster Band: Allgemeiner Teil — Lautlehre — Wortbildung — Flexion, München: Beck, 1939, S. 194-196.

³ Jürgen Blänsdorf: «Ist der *Pronuntiatius restitutus* falsch? Eine Entgegnung auf Axel Schönbergers Thesen», in: *Forum Classicum* 3 (2016), S. 160-165, S. 161, linke Spalte.

⁴ Axel Schönberger: «Der *Pronuntiatius restitutus* ist teilweise falsch: eine Entgegnung auf Jürgen Blänsdorfs Verteidigungsversuch», in: *Forum Classicum* 4 (2016), S. 221-230, S.223, rechte Spalte.

Sie ist nicht beweisbar und entbehrt auch jeglicher sprachwissenschaftlichen Evidenz, zumal es sich bei dem lateinischen Alphabet der Antike ja nicht um ein phonetisches, sondern um ein phonologisches Alphabet handelte. Aus dem Umstand, daß das lateinische Alphabet im Laufe der Zeit weiterentwickelt ward – etwa durch die Unterscheidung von stimmlosem <c> und stimmhaftem <g>, indem man an das <C> noch einen Strich anfügte –, folgt jedenfalls nicht die Richtigkeit der aus sprachwissenschaftlicher Sicht nicht hinreichend begründeten oder bewiesenen Hypothese von Blä. Für die lateinische Schreibung <QV> gibt es mehrere Erklärungsansätze. Die alte Unterscheidung zwischen palatalem, zerebralem und velarem /k> als <c>, <k>, <q> erschien den lateinischen Grammatikern von Anfang an ja als obsolet, zumal vermutlich wohl schon im klassischen Latein, sicher aber im Spätlatein die Aussprache von <qu> in den meisten Fällen lediglich /c/ gelautet haben dürfte⁵. Die Schreibungen <quom>/<com>/<con> standen wohl für die jeweils selbe Aussprache. Sofern <qu> etwa in klassischer Zeit durchgehend als /kw/ realisiert worden sein sollte, müßten Belege erbringbar sein, daß es – in nennenswertem Umfang, *liquidus* bei Lukrez reicht als Beleg nicht, zumal auch ein Barbarismus durch Hinzufügung einer Vokalmore, also *lîquidus*, vorliegen könnte, der Dichtern ja erlaubt war; man denke an die unlateinische Längung von *Îtaliã* bei Vergil (Aen. I, 2) – eine Positionslänge bewirkt hätte. Sowohl die Metrik als auch eine Fülle inschriftlicher Belege als auch das Zeugnis der romanischen Sprachen sprechen dagegen für eine normalerweise einfache Aussprache der Schreibung <qu> als [k] bereits seit dem Ende der Republik und dem Beginn der Kaiserzeit in großen Teilen des Reichsgebiets, die dann vor palatalen Vokalen und teilweise auch vor /a/ in unterschiedlichem Grade palatalisiert ward.

Aber dies ist eine ganz andere Frage als die der Aussprache der Schreibungen <ae> und <oe>, deren ausführliche Behandlung zu viel Raum einnehmen würde.

⁵ Daß im vorklassischen Latein noch ein halbkonsonantisches /u/ nach dem <q> gesprochen ward, nehme auch ich an. Scaurus führt zu der Frage, weswegen man den Buchstaben <q> überhaupt beibehalten und nicht durch <c> ersetzt habe, unter anderem die Aussprache von *quis* und *quãlis* mit einem Vau nach dem Okklusivlaut an: «Q littera aequè retenta est propter notas, quod per se posita significaret quaestorem, et quia cum illa u littera conspirat, quotiens consonantis loco ponitur, id est pro vau littera, ut quis et qualis.» (Keil VII, 15,19 - 16, 2).

10. Betrachtet man das lateinische und griechische Akzentuierungssystem der historischen Zeit, so ist für beide Sprachen bei der Betonung dreisilbiger Wörter in der Tat ein bemerkenswerter Unterschied zu dem System der Akzentuierung zweisilbiger Wörter und Wortformen zu konstatieren, der auf ein älteres, durch Sprachwandel aus synchroner Sicht nicht mehr transparentes Regelsystem hindeutet. Daß die antiken Autoren den Morenakzent des Lateinischen (und Griechischen) nicht kannten, wie Blä. irrtümlich behauptet, stimmt gerade nicht. Eben weil sie ihn kannten und Moren (lat. *tempora*) unterschieden, legten sie ja Wert auf die unterschiedliche Akzentuierung einer naturlangen Paenultima entweder mit einem Zirkumflex – also auf der vorderen Vokalmore der vorletzten Silbe – oder einem Akut auf der hinteren Vokalmore der Paenultima. Und auch bei den gar nicht so seltenen Fällen der Endbetonung – sie betreffen im übrigen ja auch die ins Lateinische übernommenen semitischen und damit auch biblischen Eigennamen wie beispielsweise endbetontes *Iesûs* – ist im Lateinischen bei naturlanger Ultima immer zwischen zirkumflektierter Betonung auf der vorletzten Vokalmore oder akuierteter Betonung auf der letzten Vokalmore der letzten Silbe zu unterscheiden. Die Schreibungen *vidén* und *nostrás*, die Blä. angibt, verdunkeln die tatsächliche Aussprache, die eben – in Morenschreibweise – *videén* (= *vidén*) gegenüber *nostráàs* (= *nostrâs*) lautete.

11. Ich habe bei *i-nil-lô* / *i-ni-lô* nicht die metrische Messung bei Plautus, sondern den von Blä. konstruierten Zusammenhang zwischen Metrik und Wortakzent bezweifelt. Aus der Messung von *in illô* bei Plautus sind keine Rückschlüsse über die Akzentuierung ableitbar. Es würde zu weit führen, hier auch zu den sprachlichen Phänomenen, die der in der Metrik der altlateinischen Dichtung zu beobachtenden sogenannten ‘Iambenkürzung’ zugrunde lagen, und seinen teilweise verschiedenen Ursachen detailliert auszuführen. Eine Präposition wurde jedenfalls vor einem Pronomen immer proklitisch und damit unbetont gesprochen. Das sprachreale Phänomen, das der sogenannten Iambenkürzung zugrunde lag, betrifft ursprünglich die Folge eines kurzen und eines naturlangen Vokals in der damaligen Umgangssprache. Wird dagegen eine kurzvokalische, mit einem Akut betonte Silbe vor einer Doppelkonsonanz nicht geschlossen, sondern

offen gesprochen, wobei die folgende Silbe dann nur mit einem einfachen Konsonanten beginnt, so gilt sie als metrisch kurz. Diese dichterische Lizenz hat aber nichts mit einer vermeintlichen Betonung einer vor dieser stehenden kurzen Silbe zu tun. Wer im übrigen vermeint, daß die Betonung eines vorangehenden Kurzvokals die Kürzung einer nachfolgenden, lediglich positionslangen Silbe verursachen könne, irrt. Eine solche Kürzung hat, so sie vorliegt, eine andere Ursache. Metrik betrifft schließlich lediglich die Rhythmik und hat nichts mit der Akzentuierung der phonetischen oder lexikalischen Wörter des Lateinischen zu tun. Die hierzulande verbreitete Praxis, lateinische Versstellen mit einem deutschen dynamischen Silbenakzent unter betonender Heraushebung der jeweiligen Versfüße vorzutragen und so grob zu verunstalten, entspricht jedenfalls nicht der Rezitation lateinischer Dichtung der klassischen Zeit, sondern deutschen Gepflogenheiten, die mit der klassischen Latinität nichts zu tun haben.

12. Blä. kritisiert die von mir – wohlgemerkt nach vorheriger expliziter Definition⁶ – gebrauchte Verwendung der antiken Begrifflichkeit der Versfüße nur für die Unterscheidung kurzer und naturlanger Vokale. Dabei geht es nicht darum, in einem Wort wie *dē-dis-cit* einen metrischen Daktylus zu hören, der darin natürlich nicht vorliegt. Es geht vielmehr darum, die Terminologie hinsichtlich der Akzentuierung anders als für die Metrik zu gebrauchen. Metrisch höre ich bei diesem Wort einen Molossus, da die letzte Silbe bei isolierter Aussprache geschlossen und damit metrisch lang ist, und nicht etwa einen Antibaccius, während ich in metrischer Hinsicht bei demselben Wort in der phonetischen Folge *dē-dis-ci-til-le* einen Antibaccius, auf den ein Trochäus folgt, höre und spreche. Die Anwendung der auf die Silbenlängen bezogenen metrischen Terminologie auf lediglich die Vokallängen dient im übrigen nicht metrischen Zwecken, sondern lediglich der Veranschaulichung der kombinatorischen Möglichkeiten der Vokallängen und -kürzen in Zusammenschau mit den von den antiken Grammatikern angeführten Akzentuierungsbeispielen. Dabei ergibt sich ein teilweise anderes Bild als das, was in modernen

⁶ Axel Schönberger: *Priscians Darstellung des silbisch gebundenen Tonhöhenmorenakkzents des Lateinischen: lateinischer Text und kommentierte deutsche Übersetzung des Buches über den lateinischen Akzent*, Frankfurt am Main: Valentia, 2010, S. 163.

deutschen Schulgrammatiken über den lateinischen Akzent ausgeführt wird.

13. Will man aus den romanischen Sprachen auf das Lateinische rückschließen, muß man immer von den frühestbezeugten Sprachstufen im Mittelalter und darf man nicht von den heutigen romanischen Sprachen ausgehen, welche in Mittelalter und Neuzeit eine Vielzahl von gelehrten Buchwörtern aus dem Lateinischen und Griechischen aufgenommen haben, die lediglich die jeweilige mittellateinische und neuzeitliche Aussprache des entsprechenden Wortes bezeugen können. Nicht erbwörtlich ins Spanische und andere romanische Sprachen übernommene Wörter sollten daher nicht als Belege für vermeintliche antike Aussprachen des Lateinischen angeführt werden. Wenn einige romanische Sprachen lateinisches /qu/ zu bewahren scheinen – im Spanischen gibt es in der Tat neben *calidad* auch *qualidad*, im Portugiesischen *qualidade* –, so muß man genau hinsehen, ob es sich denn wirklich um Erbwörter handelt, die in Randgebieten der Romania durchaus Sprachwandelphänomene der Kaiserzeit und der Spätantike nicht unbedingt mitgemacht zu haben brauchen, oder um in späterer Zeit aus dem Mittel- und Neulatein oder einer anderen Sprache übernommene Wörter. Oft erweist sich, daß scheinbare Ähnlichkeiten zum Lateinischen in der Tat auf spätere Relatinisierungen oder Übernahmen aus einer Drittsprache und eben nicht auf erbwörtliche Übernahme zurückzuführen sind. Rumänisches *care*, vegliotisches *kal*, französisches *quel*, ursprüngliches okzitanisches und katalanisches *cal* zeigen, daß zumindest in größeren Teilen des zerfallenden Reichsgebiets der Spätantike im Anlaut dieses Wortes nicht /qua/, sondern /ca/ gesprochen ward. Bezüglich des Italienischen ging es mir darum, daß diese Sprache, anders als Blä. vermeint, im Gegensatz zu den anderen romanischen Sprachen kein direkter Zeuge für das Lateinische sein kann, weil es sich bekanntlich aus historischer Sicht um eine Kunstsprache handelt; die tatsächlich auf das Lateinische zurückgehenden Sprachen Italiens sind die sogenannten *dialetti*, nicht aber das Hochitalienische, das erst seit dem Risorgimento im 19. Jahrhundert als Mehrheitsprache Italiens – und zwar in der Tat vor allem unter dem Faschismus – durchgesetzt ward. Man darf das heutige Italienische eben nicht mit den anderen

romanischen Sprachen und Dialekten, die sich natürlicherweise aus dem Lateinischen entwickelt haben, in eine Reihe stellen.

14. Der *Pronuntiatus restitutus* ward nicht aufgrund einer Überlieferung, sondern infolge von Hypothesen und Vermutungen des 19. und 20. Jahrhunderts in den Schul- und Universitätsunterricht eingeführt. Diese erweisen sich jedoch bei näherer Überprüfung als unbegründet und falsch. Es gibt keine aus sprachwissenschaftlicher Sicht überzeugende Evidenz für eine Normalaussprache der Schreibungen <ae> und <oe> als /ay/ und /oy/ im Lateinischen der Antike. Sofern es den Befürwortern dieser vor allem in Deutschland beliebten, aber wohl unlateinischen Aussprache nicht gelingt, sprachwissenschaftlich valide Beweise für die von ihnen behauptete diphthongische Aussprache von <ae> und <oe> im klassischen Latein beizubringen, wird man sich von dieser meines Erachtens unhistorischen und daher falschen Aussprache endgültig verabschieden und ihre weitere Verwendung im Schulunterricht untersagen müssen.

Ich gehe davon aus, daß damit die unterschiedlichen Standpunkte von Blä. und mir zu dieser Streitfrage nunmehr deutlich dargelegt wurden und sich die Leser des *Forum Classicum* ihre eigene Meinung dazu bilden können.

Axel Schönberger

VOCABULA ARTIUM ET ARCHITECTURAE (V)

ex Orbe Picto pentaglotto excerpta et Latinê reddita

CORBEIL, Jean-Claude/ARCHAMBAULT, Ariane: PONS Bildwörterbuch Deutsch-Englisch-Französisch-Spanisch-Italienisch. Stuttgart etc. (Ernst Klett Sprachen) 2003.

In hōc Orbe Picto mirabili 35.000 (triginta quinque milia) notionum imaginibus sunt illustrata et quinque linguis Europaeis denominata: Theodiscâ et Anglicâ et Francogallicâ et Hispanicâ et Italicâ. Nos autem coepimus addere vocabula Latina, quorum hōc loco praebemus partem earum decimam, quae spectat ad res accessorias. Provinciae rerum, quarum imagines et vocabula in Klettiani Orbis Picti paginis 920 (nongentis viginti) inveniuntur, sunt hae quae sequuntur:

**I. ASTRONOMIA – II. TERRA – III. REGNUM PLANTARUM –
IV. REGNUM ANIMALIUM – V. HOMO – VI. NUTRIMENTA ET
INSTRUMENTA COQUINARIA – VII. DOMESTICA – VIII. AUTURGIA
ET HORTICULTURA – IX. VESTIMENTA – X. RES ACCESSORIAE
PERSONALES – XI. ARTES ET ARCHITECTURA –
XII. COMMUNICATIO ET INSTRUMENTA GRAPHEICA –
XIII. TRANSPORTUS ET VEHICULA – XIV. ENERGIA – XV.
SCIENTIAE – XVI. ATHLETICA ET LUDICRA.**

Babae, quanta copia! quanta ubertas! quanta multiplicitas! Qui Orbis Pictus etiam lexicographis Latinitatis recentioris est aurifodina et cornu copiae. Nam iidem vocabulis linguarum, praesertim Romanicarum, in eodem indicatis usi saepe perfacile inveniunt vocabulum Latinissimum. En cara Lectrix, care Lector, habeas partem **ARTIUM ET ARCHITECTURAE quartam (V)** vocabulis Latinis ditificatam. Faveas, quaeso, operi nostro laborioso.

Nicolaus Groß

LEO LATINUS



<http://www.leolatinus.com/>

theodiscē	anglicē	francogallicē	hispanicē	italicē	LATINĒ
p.410 DOM	cathedral	cathédrale	catedral	cattedrale	ecclēsia cathedrālis
Gotischer Dom	Gothic cathedral	cathédrale gothique	catedral gótica	cattedrale gotica	gothica ecclēsia cathedrālis
Gewölbe	vault	voûte	bóveda	volta	fornix, -icis m.
Schlussstein	keystone	clé de voûte	clave	chiave di volta	clāvis fornicis
Schildbogen	traverse arch	arc-doubleau	nervio transversal	arco trasversale	arcus trānsversālis
Scheitelrippe	lierne	lierne	nervio secundario	costolone dorsale	costa dorsālis
Tierceron	tierceron	tierceron	tercelete	costolone intermedio	costa intermedia
Kreuzrippe	diagonal buttress	arc diagonal	nervio diagonal	arco diagonale	arcus diagonālis
Gurtbogen	formeret	arc-formeret	arco formero	arco longitudinale	arcus longitūdinalis
Turm	tower	tour	torre	torre	turris, -is f.
Fiale	pinnacle	pinacle	pináculo	pinnacolo	pinnāculum, -ī n.
Widerlager	abutment	culée	estribo	spalla	+incumba, -ae f.
Strebebogen	flying buttress	arc-boutant	arbotante	arco rampante	arcus trānsversālis
Vierungsturm	transept spire	flèche de transept	aguja del transepto	guglia	turris *suprāchorālis
Chor-scheitelkapelle	Lady chapel	chapelle axiale	capilla axial	cappella assiale	capella axiālis
Chor	choir	chœur	coro	coro	chorus, -ī m.
Radialkapelle	apsidiolo	absidiolo	capilla radial	cappella radiale	capella radiālis
Pfeiler	pillar	pilier	pilar	pilastrum	+pilastrum, -ī n.
Arkade	arcade	arcade	arcada	arcata	porticus arcuāta
Vierung	crossing	croisée	crucero	crociera	quadrātūra, -ae f.
Glockenstube	belfry	clocheton	pináculo	torretta	campānārium, -īī n.
Strebebfeiler	buttress	contrefort	contrafuerte	contrafforte	pila trānsversāria; orthostata, -ae m.; antheris, -idis f.
Seitenkapelle	side chapel	chapelle latérale	capilla lateral	cappella laterale	capella laterālis
p.411 Fassade	façade	façade	fachada	facciata	frōns, frontis f.
Schallbrett	louvre-board	abat-son	lucernas del campanario	abat-son	tabula sonigera
Rosette	rose window	rose	rosetón	rosone	fenestra rosācea
Maßwerk	tracery	remplage	tracería	traforo	ōrnāmentum geōmetricum
Glasmalerei	stained glass	vitrail	vitrales	vetro colorato	vitrum colōrātum
Strebebogen	flying buttress	arc-boutant	arbotante	arco rampante	arcus *erismaticus
Bogenfeld	tympanum	tympan	tímpano	timpano	tympanum, -ī n.
Pfeiler	pier	trumeau	parteluz	trumeau	+pilārium, -īī n.
Portal	portal	portail	portal	portale	*portal, -ālis n.
Pfeiler	pier	piédroit	pie derecho	pedritto	+pilarium, -īī n.
Gewände, Ausschrägung	splay	ébrasement	abocinamiento	strombatura	+dīlātāmentum portālis
Türsturz	lintel	linteau	dintel	architrave	*architrabium, -īī n.
Archivolte	order	voussure	arquivoltas	archivolto	arcus volūtus

Dreipass	trefoil	trèfle	trifolio	decorazione a trifoglio	trifolium , -ī n.
Wimperg	gable	gâble	gablete	gattone	pinnāculum , -ī n.
Glockenstube	belfry	clocheton	pináculo	torretta	campānārium , -ī n.
Turmspitze	spire	flèche	aguja	guglia	apex turris
Galerie	gallery	galerie	galería	galleria	porticus , -ūs f.
Glockenturm	bell tower	clocher	campanario	torre campanaria	turris campānāria
Grundriss	plan	plan	plano	pianta	fōrma aedificiī
Seitenschiff	aisle	collatéral	nave lateral	navata laterale	nāvis laterālis
Mittelschiff	nave	nef	nave	navata centrale	nāvis media
Portal	porch	porche	pórtico	portico	*portal , -ālis n.
Vierung	crossing	croisée du transept	crucero	crociera	quadrātūra , -ae f.
Chor	choir	chœur	coro	coro	chorus , -ī m.

**Haec vocabula artium et architecturae
excerpsit et in Latinum convertit**

**Nicolaus Groß
LEO LATINUS**



<http://www.leolatinus.de/>

(Sequetur VOCABULORUM ARTIS ET ARCHITECTURAE PARS (VI))

ECCE LIBRI LEONIS LATINI

Permittas, quaeso, ut nuntium adiungam minus gratum: pretia discorum, qui a Leone Latino praebentur vendendi, ex decennio (sic!) non exaucta - proh dolor – nunc valdê augenda sunt (denis euronibus). Interim enim cum pretia materiarum quoque multo exaucta sint, tum praecipuê disci libellique discis subiungendi non conficiuntur neque involvuntur nisi magno cum labore.

Restat, ut afferam titulos pretiaque librorum typis impressorum, qui hōc tempore apud Leonem Latinum prostant venales:

- | | |
|---|---------|
| 1) CRABATUS (Otfried Preußler, Krabat)..... | 49,00 € |
| 2) FRAGRANTIA (Patrick Süskind, Das Parfum)..... | 42,00 € |
| 3) RECITATOR (Bernhard Schlink, Der Vorleser)..... | 45,00 € |
| 4) HOTZENPLOTZIUS (Otfried Preußler, Der Räuber Hotzenplotz)..... | 25,00 € |
| 5) ARANEA NIGRA (Jeremias Gotthelf, Die schwarze Spinne)..... | 22,00 € |

PARVUS NICOLAUS (René Goscinny, Le Petit Nicolas) non êditur in domunculâ Leonis Latini, sed in Aedibus Turicensibus, quae appellantur «Diogenes».

GLOSSARIUM FRAGRANTIAE et PERICULA BARONIS MYNCHUSANI – proh dolor! – sunt divendita. Utinam nobis contingat, ut aliquando edantur iteratis curis.

Habeas nos excusatos, quod situm interretialem (i.e. anglicê »website« nondum restauravimus novaque pretia ibidem nondum indicavimus.

Ceterum, cara Lectrix, care Lector, bene scias oportet Leonem Latinum non esse megalopolium, quo – ut ita dicam - rapidissimê eiectantur multae myriades librorum vilissimae, sed domunculam potius virtuaalem quam realem, in qua creantur κειμήλια, id est res parvae et rarae et carae. Res parvae enim sunt disci compacti aut libelli typis editi palmares; rarae sunt editiones, quae centuriam tantum complectantur exemplorum; carae sunt hae res omnes, quia cordi sunt Leoni Latino recordanti horas illas innumeras, quibus operam dedit illis creandis.

Cara Lectrix, care Lector, utinam omne opusculum a Leone Latino confectum sit Tibi KTHMA EΙΣ AEI.

INDEX DISCORUM LEONIS LATINI

NR	Num. mandata-telae	ISBN	TITULUS	AUCTOR	TRANSLATOR	ANNUS	FORMA	AMPLI-TUDO	PRE-TIUM
1	00104	978-3-938905-00-5	FABELLA TEXTORIS VERSUTI PALAEOINDICA	Anonymus (Old Indian)	Nikolaus Gross	2004	CD-ROM pdf	7 pp.	€ 17,90
2	00104 A	978-3-938905-15-9	FABELLA TEXTORIS VERSUTI PALAEOINDICA – Libri audibiles	Anonymus (Old Indian)	Nikolaus Gross	2005	Audio	21 min.	€ 22,90
3	00204	978-3-938905-01-2	TRES FABULAE EDGARII ALLANI POE: CATTUS NIGER - RANUNCULUS - PUTEUS ET PENDULUM	Edgar Allan Poe	Nikolaus Gross	2004	CD-ROM pdf	33 pp.	€ 27,50
4	00304	978-3-938905-02-9	ANECDOTA REI PROXIMO BELLO BORUSSICO FACTAE	Heinrich von Kleist	Nikolaus Gross	2004	CD-ROM pdf	6 pp.	€ 17,90
5	00304 A	978-3-938905-16-6	ANECDOTA REI PROXIMO BELLO BORUSSICO FACTAE – Libri audibiles	Heinrich von Kleist	Nikolaus Gross	2004	Audio	6 min.	€ 20,90
6	00404	978-3-938905-03-6	MEMENTO MORI	Alexander Saxon	Nikolaus Gross	2004	CD-ROM pdf	7 pp.	€ 17,90
7	00404 A	978-3-938905-17-3	MEMENTO MORI – Libri audibiles	Alexander Saxon	Nikolaus Gross	2005	Audio	20 min.	€ 21,90
8	00504	978-3-938905-04-3	DE CRAMBAMBULO	Marie von Ebner-Eschenbach	Nikolaus Gross	2004	CD-ROM pdf	14 pp.	€ 19,50
9	00604	978-3-938905-05-0	DE DINOSAURIS	Nikolaus Gross	-----	2004	CD-ROM pdf	16 pp.	€ 19,00
10	00704	978-3-938905-06-7	SUDATORIUM VENERIS	Diogenes Anaedouus	-----	2004	CD-ROM pdf	11 pp.	€ 19,50
11	00804	978-3-938905-07-4	PERICULUM FRANCISCI	Diogenes Anaedouus	-----	2004	CD-ROM pdf	7 pp.	€ 17,90
12	00904	978-3-938905-08-1	NUPTIAE ABDERITANAE	Bertolt Brecht	Nikolaus Gross	2004	CD-ROM pdf	21 pp.	€ 22,00
13	01004	978-3-938905-09-8	TESTAMENTUM REYNERI BERLBYN	Henricus van den Lande de	-----	2004	CD-ROM pdf	7 pp.	€ 17,50

				Raelt					
14	01104	978-3-938905-10-4	DE SANCTO NICOLAO DEQUE VIRO NATALICIO	Nikolaus Gross	-----	2004	CD-ROM	21 pp.	€ 22,00
15	01204	978-3-938905-11-1	FABELLAE GRIMMIANAE 1	Jacob Grimm/ Wilhelm Grimm	Nikolaus Gross	2004	CD-ROM pdf	28 pp.	€ 24,90
16	00105	978-3-938905-12-8	ROMULUS MAGNUS	Friedrich Dürrenmatt	Nikolaus Gross	2005	CD-ROM pdf	49 pp.	€ 31,90
17	00205	978-3-938905-13-5	DE THILO CUSTODE FERRIVIAE	Gerhart Hauptmann	Nikolaus Gross	2005	CD-ROM pdf	28 pp.	€ 24,90
18	00305	978-3-938905-14-2	HISTORIA AGATHONIS (LIB.1)	Christoph Martin Wieland	Nikolaus Gross	2005	CD-ROM pdf	15 pp.	€ 19,50
19	00405	978-3-938905-19-7	WERTHER IUVENIS QUAE PASSUS SIT	Johann Wolfgang von Goethe	Nikolaus Gross	2005	CD-ROM pdf	82 pp.	€ 38,90
20	00505 A	978-3-938905-22-7	CICERONIS ORATIONES IN CATILINAM HABITAE 1 – Libri audibiles	M.T. Cicero	-----	2005	Audio	40 min.	€ 21,90
21	00605 A	978-3-938905-18-0	SOMNIUM SCIPIONIS A CICERONE SCRIPTUM – Libri audibiles	M.T. Cicero	-----	2005	Audio	30 min.	€ 20,90
22	00705 A	978-3-938905-23-4	CAESARIS BELLUM GALLICUM 1 – Libri audibiles	C.I. Caesar	-----	2005	Audio	55 min.	€ 22,90
23	00106	978-3-938905-21-0	AUTOBIOGRAPHIAE LATINAE	Nikolaus Gross	-----	2006	CD-ROM pdf	87 pp.	€ 48,00
24	00206	978-3-938905-20-3	DISQUISITIO CHEMICA ACIDULARUM BERGENSIUM ET GOEPPINGENSIUM	Karl Friedrich Kielmeyer	Nikolaus Gross	2006	CD-ROM pdf	66 pp.	€ 38,00
25	00306 A	978-3-938905-24-1	CAESARIS BELLUM GALLICUM 2 – Libri audibiles	C.I. Caesar	-----	2006	Audio	61 min.	€ 22,90
26	00406 A	978-3-938905-25-8	CICERONIS ORATIONES IN CATILINAM HABITAE 2 – Libri audibiles	M.T. Cicero	-----	2006	Audio	41 min.	€ 21,90
27	00506 A	978-3-938905-26-5	EPISTULAE A SENECA AD LUCILIUM SCRIPTAE 1 – Libri audibiles	L.A. Seneca	-----	2006	Audio (2 CDs)	88 min.	€ 27,90
28	00107 A	978-3-938905-27-2	ASINUS AUREUS AB APULEIO SCRIPTUS	Apuleius	----- --	2007	Audio	55 min.	€ 23,90
29	00207	978-3-	OBSIDIO SAGUNTI A	Livius	-----	2007	Audio	53 min.	€ 23,90

	A	938905-28-9	T.LIVIO DESCRIPTA						
30	00307	978-3-938905-29-6	FABELLAE GRIMMIANAE II	Jacob Grimm/ Wihelm Grimm	Nikolaus Gross	2007	CD-ROM pdf	58 pp.	€ 32,90



**CARA LECTRIX, CARE LECTOR, BENE VALE,
USQUE AD SEPTIMANAM PROXIMAM !**

**HANC EPISTULAM LEONINAM
CENTESIMAM TRICESIMAM TERTIAM**

SENDEN IN OPPIDULO BAVARIAE SUEBICAE PERFECIT

die Dominicâ, 14. m.Maii, a.2017

Nicolaus Groß

LEO LATINUS

<http://www.leolatinus.de/>

